Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

me qui sedes sum. At ille respondit.
go agrum emam. Cui dixit booz.
Quando emeris agrum de manu mu
lieris. Ruth quoq: moabitide que ux
or defuncti fuit debes accipere. ut sus
cites nomen proximi tui in hereditate sua.
Qui respondit. Credo iure proximitatis.
Nec enim postulatur familie mee delere
debeo. Tu meo iure pulcro. quo me
libenter carere pstitor: Hic autem erat
antiquitus mos in isrl. inter proximos.
Ut si quando alter alteri suo iure cedebat.
ut esset firma concessio. solvebat homo
calciamentum suum. et dabat proximo
suo. Hoc erat testimonium concessi
onis in isrl. Dixit ergo proximo booz.
Tolle calciamentum. Quod statim solvit
de pede suo. At ille maiorib natu et
universo populo. testes inquit vos estis
hodie quod possedim omnia que fue
runt elimelech et chelion et maalon.
Tradente noemi. et Ruth moabitide
uxore maalon in mercimonium sump
serunt ut suscitem nomen defuncti in he
reditate sua. ne frib et populo deleatur:
Vos inquam huius rei testes estis. Respondit
omnis populus qui erat in porta. et mai
ores natu. Nos testes sumus. faciat dns
hanc mulierem que ingredit domum
tuam sicut rachel et liam que edificaue
runt domum isrl. ut sit exemplum ur
tutis in ephrata et habeat celebre no
men in bethlehem. fiatq: domus tua
sicut domus phares quem thamar peperit
iudae. de semine quod dederit tibi dns
ex hac puella. Tulit itaq: booz ruth.
et accepit uxorem. ingressusq: est ad eam.
Et dedit illi dns ut conceperet et parere
filium. Dixerunt autem mulieres ad noemi
Benedictus dns. qui non est passus
ut deficeret successor familie tue.
et vocaret nomen eius in isrl. et habeas
qui consoletur animam tuam et enu
triat senectutem. De nuru enim tua natus
est qui te diligit. et multo tibi est me
lior: quam si septem habes filios. Sus
ceptumque puerum posuit in sinu
suo. et nutricis ac gerule officio fun
gebatur. Vicine autem mulieres congra
tulantes ei. et dicentes. natus est filius
noemi. vocaverunt nomen eius obeth.
Hic est pater isai patris dauid. Hec
generationes phares. Phares genuit
esrom. Esrom genuit aram. aram
genuit aminadab. aminadab genuit
naasson. naasson genuit salmon.
salmon genuit booz. booz genuit
obeth. obeth genuit isai. isai genuit
D A V I D.

ne vocabulum eius de familia sua

EXPLANATIO
HVIVS HYS
TORIE DE
SCRIPTA
A SORORE
IRMIN
GARDE.